



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Marcvs. 25. Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

post quadragintadiale ieiunium traductum, in eadem cremo à Virgine, in quâ ipse traduxerat olim, annulo sibi visendus desponsavit, multisque aliis miraculis ornavit. Ultimò è vitâ BONâ interitum cantusque abiit. Quid miraris lector? dum vixit, flevit. Ex Bzovio 12. tom. ann. Eccl.

*Fidelis & religiosus animus ea, quæ sunt celestia, concupiscat, & divinarum promissionum avidus in amorem se incorruptibilis boni & in spem veræ lucis attollat. S. Leo Papa in Ann. Assump. suæ serm. 2.*

## S. MARCVS 25. Aprilis.

**M**ARCVS ut primùm res Christi gestas litteris consignavit, à Petro Alexandriam legatus est: cum ipso etiam Evangelium in urbem penetravit. Cùm enim sub portâ Anianus cerdo detritas Apostoli soleas reficeret, subulâque in lævam exerrante, Deum, ut sit in adversis, in clamaret, MARCVS vulnere remedium fecit, & Anianum magno operæ pretio ad Christi Religionem traduxit. Sed cùm ob quotidiana fidei incrementa MARCVS insidiis appeteretur, Anianum pro se urbi Episcopum dedit, ipse Pentapolim abiit, Indidem biennio post Alexandriam rediit, ubi ad aram ipse Dominicæ Resurrectionis festo die captus raptatusque per urbem, Paschalis pro Christo factus est victima. Eâ nocte Angelus nomen suum Marco albo Cæli inscriptum monstravit, & Christus ipse magno præsens fuit solatio: postea luce cùm laqueo gula implicaretur, tam citò constringi non potuit, quin celerior anima ad Superos evolare. Cadaver ne tortores exurerent, coorta, repenti tempestas rogum omnia cum bustuâ disjecit. Nunc de illius tumulo Italia Germania que



niaque certant, ut de Homeri cunis Græciæ urbes, lite tantò sanctiore, quantò dignior est, qui Christi, quàm qui Achillis prælia scripsit. *Ex Brev. Rom. & S. Hieron.*

*Sic est vita nostra, quasi homo in domo alienâ; nesciens quâ horâ vel die dominus domûs dicat: vade foras, quia non est domus tua, in qua es. O seculum vanum! quid nobis tanta promittis, dum decipis? Auctor serm. ad Fr. in Eremito.*

## S. BASILEVS EP. MART. 26. Aprilis.

**S**celus heu!! ingens, juvenus. Tuis manibus tuam occidis, heu! toties castitatem, cum olim viri sancti occidere pro alienâ non dubitarint. Prodeat BASILEVS, & dum pro alienâ pudicitiam pugnat, pugnare pro nostrâ nos doceat. Erat Licinio Imperatori in Parthenone virgo, virginis nomen Glaphyra, addictissima Christo & castitati. Huic insidias tyrannus Cupido per alterum tyrannum Licinium moliebatur. Glaphyra ab amore docta fugere, ipsa quoque alas assumit, & ad Episcopum BASILEVM abit. Sed nihil latet cæcum licet Amorem. Proditur virgo apud Imperatorem, & unâ virginis custos Pontifex, & jubet utrumque vinctum adduci Licinius. Commotum Glaphyra mortem beatam vincula effugit, sed subit BASILEVS vas pretiosi pudoris. mox juberut aut fidem aut caput ponere. Nec multum ille apud animum suum deliberat, abjicit caput, ut fidem seruet. Vtrumque & caput & truncum corpus seorsim in mare proturbant carnifices. Sed qui aut corpus aut caput Martyris periret, sineque unus ex hoc capillus est periturus? Angelus Elpidophoro viro Christiano in cælis animum BASILEI,